



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Joannis Mauritii Gudeni Historia Erfurtensis Ab Vrbe
Condita Ad Reductam**

**Gudenus, Johann Moritz von
Erfurti, 1675**

XXXIX.

urn:nbn:de:hbz:466:1-11903

qui Cyriaciburgo præterat, hunc gubernatorem putat, & stricto gladio transfodit; concitato statim cursu cohortis equestris centurionem non procul stantem simili facinore occidit; fit concursus, milites se proditos suspiciati ad arma circumspiciunt. Sed non impiger scelestus tertium homicidium perpetrat, usque dum multitidine circumveniretur, ille audacter contrà multos se defendit: protraxit certamen, quod vivum capere vellent, ut atrociori mortiservaretur, & conspirationis socii exprimerentur: tandem captus ad Cyriaciburgum deductus est, ibi variis tormentorum generibus motiva facinoris, & auctores, sed frustrâ petebantur, quod ille mandato Dei constanter adscriberet, qui turpis licentiæ milites de ira sua monerijusserit. Homicida in locis delictorum forcipibus candardibus laceratus, posteà in quatuor partes sectus, quos cruciatus constanter, ut ne in cantu quidem turbaretur, pertulit.

* Antiquissima Comitum fide Gleichen familia in Henrico deficit, ut solet, non sine lite. Moguntinus Comitatum ArchiEpiscopatûs sui feudum, extinctâ familiâ apertum vindicat, eumque Comiti Hatzfeldio Melchiori, Cæsarei Exercitus Duci, & Hermanno fratri confert. Saxonès, ac Schwarzenburgici Comites castrum ipsum cum appertinentibus Moguntinum esse feudum non inficiabantur,

MDCLXIV.
XXXIX
*Familia Co-
mitū de Glei-
chen deficit.*

at dominia reliqua vel beneficia Saxonie vel allodia esse, illa dominis, hæc Schwarzenburgicis ex parte deberi, Blanckenhain Moguntinum quidem feudum sed foemininum filiæ ultimi Comitis, & hæredi adi- mi non posse. Urbs hæc, ejusque Cives frequentissima feuda à Comitibus illis hæ- reditaria jam antiquitus possedere, timu- it illa, cum Saxones, & Schwarzenbur- gici allodia Comitum in feuda masculina vertissent, ne suis hoc beneficiis præju- dicio esset. Senatus missis ad illos Nunciis declarationem impetrat, pacta ista non feudorum Erfurtensium utile, sed direc- tum duntaxat Dominium affectura: ubi reliquæ lites sopiae, alibi dicam.

XXXX.

*Senatus poli-
ticus Civita-
tis.*

*Potestas Se-
natus in pa-
gos.*

*In urbe re-
strictior.
Imperii Mo-
guntinum.*

Non abs re erit, priusquam ipsa Civita- tis fata narrem, ruentis Reip. non tam morbos, illos enim ex erroribus pru- dens lector advertet, quam faciem, gu- bernationis modum, vires, studia re- censere. Facta narrabo, non jura deci- dam. + Amplissima Urbs armis & pecu- niâ Dominium suum latè per Thuringi- am auxerat, + oppida, arces, Comi- tatus absoluta Civitatis Imperia suspex- re, nullæ ruricolis libertates, nullæ Im- periorum leges. Moguntinus & Saxones, interdum his potestatibus oblocuti, sed ipsum Imperii Exercitum penes Senatum mansit. Huic + in Urbe non eadem au- thoritas, sed multum per Electoris mini- stros humiliata. + Vicedominus, Prætor, Asses-